

Nicolaus Schütze

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Nicolaus Schütze/ I. U. D. & Profess. Ad Exequias Quas ... Virgini Annae Tunders/ Monasterii S. Crucis Dominae ... Moestißimae Caenobiales & consanguinei in templo S. Crucis paratas cupiunt, Omnes Universitatis Cives ... invitat

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777418479>

Druck Freier  Zugang



Schütze, N.,
in A. Tunder.
Rost. 1651.

PROGRAMMA

QVO

135.

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

NICOLAUS Schütze/J.U.D.

& Profess.

AD EXEQUIAS
QUAS

Venerabili ac pudicissima Virgini

ANNÆ Tunders/
Monasterii S. Crucis DOMINÆ

gravissimæ ac vigilantissimæ

*Mafissimæ Canobiales & consanguinei
in templo S. Crucis*

paratas cupiunt,

Omnes Universitatis Cives officiosè ac
peramanter invitat.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typog.

Anno M. DC. LI.

2



Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn777418479/phys_0005

DFG

UNIVERSITÄT
ROSTOCK
Fakultät für
NATURWISSENSCHAFTEN
MATHEMATIK
UND
INFORMATIK
LEHRSTUHL FÜR
NUMERISCHE
MATHEMATIK
UND
STATISTIK
VERGLEICHENDE
ANALYSE
UND
STATISTIK
BRUNNEN
VERLAG
München
1978



Uod præteritá de-
mum hebdomadâ HUS-
W E D E L I O Collegæ
nostro, defuncto fati, offi-
cium præstitimus: id hodie
quoq; venerabili Virgini,
Monasterii S. Crucis DO-
MINÆ exolvendū est. Ita
ducitur semper nova pompa morti, ut Thebanæ illæ
mulieres apud Tragicum de communi condi-
tione mortalium conqueruntur. Sicut in aqua
pisces ludunt (ait quidam) in aëre aves volitant
securæ insidiantium: at illos hamus adducit,
istas rete involvit: sic fit nobis, & aliquem è ma-
gno grege adsiduè venatur & capit pallens hæc
Diva. Sed bene provisum humano generi, quod
potior veriorque felicitas non tam præsentī huic
miseræ & tot calamitatibus obnoxia indies,
quàm, quæ excipit illam, alteri imputanda est
vitæ, quæ quia solo Deo absolvitur, nec cedit
tempori, & nullum fortunæ debere ludibrium.
A 2 potest.

potest. In quam Nostra delata nunc libera metu, qui nos urget, immunis curarum, quibus coquimur, supra omnes miseras & calamitates, quibus semper expositi homines sunt, collocata, æternis gaudiis perfunditur. Quam felicitatem ut & nos consequamur olim, diligentem nave-
mus operam; nunc autem Virginis optimæ memoriam comiter habeamus; & cum ejus reli-
quæ componendæ hodie sint, nos ita tracte-
mus, ut non immemores earum virtutum, quas in vivâ amavimus, fuisse videamur. Nata est ANNA Tunders / heic Rostochi, anno cl^o lo LXXXIV. Patre ALBERTO Tundern / viro honestissimo, qui, dum in vivis erat, cum pannis negotiationem, quæ honorificè apud nos habetur, sedulò exercebat; matre verò ANNA Dethlawen / matronâ pietate, modestiâ & aliis quæ eum sexum cum primis decent virtutibus ornatissimâ. In quorum sinu adeo pudicè ac sanctè adolevit, ut paribus spatiis ætas & virtus ejus progredierentur. Pietatem, quæ virtutum meo judicio fundamentum est omnium, à teneris, ut Græci dicunt, unguiculis apprime sectata est. Pudicitia, quâ amissâ omnis in sequiore sexu virtus ruit, ita fuit tenax, ut virgo quidem cum Phidiaca Venere cochleæ insi-

insisteret: & cum Lacænis ac Chinenſibus puel-
lis domi ſeſe contineret, non foris multum va-
garetur. Ut jugi rerum divinarum meditationi
curatius vacare & à mundi deliciis ac vanitatibus
animum rectius ſubducere poſſet, anno cło Io
CI. in Cænobium S. Crucis, ut vocant, ſe de-
dit, cùm annorum quaſi ſedecim jam eſſet. In
hoc Prioriſſa primùm, anno cło Io CXXXIX.
ſexennio verò poſt, nimirum anno cło Io CXLIV
DOMINA dicti Cænobii ob virtutes ſuas ſin-
gulares renunciata fuit. Quæ ſui officii noverat
partes, egregie omnes & cum laude explevit,
Crebrâ verbi divini auditione, frequenti cœnæ
Dominicæ uſurpatione, aſſiduâ ſacræ ſcripturæ
lectiōe, devotâ matutinis veſpertinaſque horis
precatiōe, aliisſque piis actiōibus, cœteris ſuis
Virginibus Veſtalibus mirificè præluxit. Et
quanquam Callimachus Minervam propterea
Jovis cerebro natam eſſe, matreſque caruiſſe ſcri-
bit, quod in ſequiorem ſexum ſapientia non ca-
dat: prudentiæ tamen, quâ veneranda DOMI-
NA ad invidiam uſque valuit, multa paſſim
extare veſtigia videmus. Nihil dicam de animi
magnitudine in fortuitorum eventu: nihil de
moderatione nullo non tempore, nihil de cæ-
teris virginalibus animi dotibus, quæ in pectore

ejus peculiare sibi metata erant domicilium.
Nec enim verbis opus est, ubi rerum testimonia
adsunt. Cùm vehementer se morbo peti videret,
maturè se ad beatum obitum, si ita videretur
DEO, præparavit, & omne tempus piis
orationibus consumpsit, rata scilicet, non aliã re
facilius divinam gratiam impetraturam esse, sine
qua nemo finem huic vitæ rectè ac ordine im-
ponere potest. Ac sane tantum abfuit, ut
metueret mortem, ut eam potius exoptaret:
nihil aliud eam statuens quàm initium novæ
atque æternæ vitæ. Cujus quidem voti po-
sita est die 2. Novembris post IX. vespertinam,
cùm placidissimã morte, inter medias preces
ac suspiria resolveretur. Totã vitã in id unice
incubuit, ut juxta Pauli monitum, per miseratio-
nes Dei obtestantis, sisteret corpus suum hosti-
am vivam, sanctam, placentem Deo: id vicissim
muneris consecuta, ut Bonum & misericor-
dia divina prosequerentur Ipsam omnibus die-
bus vitæ suæ, & habitaret in domo J E H O V A E
in longitudinem dierum; non saltem in hac vita
dum commoraretur, sed nunc multo magis, ubi
finitã mortalitate ad æterna gaudia discessit.
Nunc anima ejus recepta sub umbram alarum
Dei, & ut suavissimam illam è casto Abigaëlis
gynæ-

gynæcœo depromptam phrasin usurpem, ligata
in fasciculo viventium, in manu DEI quie-
scit, tandem libera, tandem tuta, tandem
æterna. Videt & habet CHRISTUM ve-
ritatis Solem, pacem veritatis prolem, cælum
veritatis gremium, vitam veritatis præmium.
Beata est; quippe cum Deo: ubi nemo servit, ubi
nullus miseræ, nullus dolori locus est: ubi fons
ac origo omnis felicitatis ac boni. Heic quidem
futilis & inanis opinionum fluctuat vanitas; illic
aperta & perfecta splendet veritas; heic incerta
rerum est occupatio: illic fida bonorum pos-
sessio; heic perpetua amaritudo, illic sempiterna
dilectio. Quam felicitatem ei gratulamur me-
ritò, Deumque ex animo veneramus, ut & nos
decurso hoc vitæ spacio, aliquando transferat
in gloriosam illam civitatem: in quâ quod viveret,
non morietur: quod sanabitur, non ægrotabit:
quod satiabitur, non esuriet: quod renovabitur,
non veterascet.

Reliquiæ venerandæ Virginis & DOMINÆ
ad horam I. postea in Templo S. Crucis terræ
mandabuntur. Vestrum erit, CIVIS ACA-
DEMICI, Ejus exequias frequentissimo officio
celebrare. Namque & pium est curare mortuos,
& huic cum primis sexui habere honorem come
semper


semper ac civile habitum. Id igitur ut faciatis
prolixè, sedulò vos adhortamur. Faxit DEUS
ut universi & degere vitam sanctè, & mori olim
cum optimâ spe valeamus! P. P. Rostochi sub
Sigillo Univerſitatis, die IV. Novembris
Anno clò lcc LI.

*Conventus fiet bodie horâ primâ
in templo Jacobæo.*



gynæcō depromptam phras
in fasciculo viventium, in
scit, tandem libera, tande
æterna. Videt & habet C
ritatis Solem, pacem veritat
veritatis gremium, vitam ve
Beata est; quippe cum Deo: ubi
nullus miseræ, nullus dolori
ac origo omnis felicitatis ac b
futilis & inanis opinionum flu
aperta & perfecta splendet ve
rerum est occupatio: illic fi
fessio; heic perpetua amaritud
dilectio. Quam felicitatem e
ritò, Deumque ex animo ve
decurso hoc vitæ spacio, alio
in gloriosam illam civitatem:
non morietur: quod sanabitur
quod satiabitur, non esuriet: q
non veterascer.

Reliquiæ venerandæ Virgin
ad horam I. postea in Temp
mandabuntur. Vestrum erit,
DEMICI, Ejus exequias frequ
celebrare. Namque & pium est
& huic cum primis sexui haber



m, ligata
EI quie
tandem
M ve
cælum
emium,
rvit, ubi
ubi fons
quidem
tas; illic
incerta
am pos
piterna
ur me
t & nos
ansferat
d viver,
rotabit:
vabitur,
MINÆ
is terræ
ACA-
officio
ortuos,
n come
Semper